Antonius Augustinus Dei et apostolice sedis gratia Ilerden. eps Dilecto nobis in xpo fratri Petro ramon presbytero ordinis sancti Joannis Hierosolomitanen. Oppidi de Sena nre dioc. Ilerden. Salutem in domino. Atten
dentes q vacanti vicaria perpetua ecclesie parrochialis Oppidi de Sena nostre dioc. Ilerden. per obitum vener. fratris Hieronimi Algayon presbyteri ultimi vicarii perpetui et possessoris eiusdem fuerunt per nos Iuxta decreta sacri
universalis concilii Tridentini edicta emanata illaque debite executa et publicata Cui te ut presentato coram nobis ad ipsam vicariam perpetuam per nobilem et R.dam dominam Priorissam monasterii Beate
marie de xixena ordinis sancti Joannis Hierosolomitanen. Ilerden. dioc. existentem in quasi possessione Iuris presentandi ad ipsam vicariam perpetuam dicti Oppidi de Sena opposuisti et deinde
fuisti per tres examinatores per nos electos ex examinatoribus in sacra sinodo diocesana per nos ultimo celebrata electis et deputatis et per ipsam synodum approbatis examinatus et ydoneus repertus
Attendentes etiam bonum et laudabile testimonium q de te a fide dignis audivimus perhiberi Tibi igitur tanque benemerito et ydoneo reperto dictam vicariam perpetuam dicti Oppidi de Sena cum suis
Iuribus et pertinentiis universis damus Conferimus et assignamus ac etiam providemus de eadem sine tamen preiudicio Iuris alieni Teque per cuiusdam birreti capiti tuo oppositionem de dicta vicaria perpetua
presentialiter investimus cum omnibus Iuribus et pertinentiis ad dictam vicariam perpetuam pertinentibus et pertinere debentibus quoquo modo curam et regimen dicte ecclesie sive vicarie animarum tibi
harum serie comittentes mandantes tibi quatenus in dicta eccl.a sive vicaria perpetua personaliter resideas et circa dictam curam taliter te habere [studeas?] q de animabus tibi comissis dignam altissimo
reddere valeas rationem conscienciam tuam super hiis in dno honerando Tu vero eris de cetero nobis et successoribus nris episcopis canonice intrantibus obediens et fidelis Tenearisque sicut iurasti
catholice fidei professionem in manibus nostris facere te in romane eccl.e obedientiam perpetuo permansurum Iuxta formam ab eodem sacro concilio decretam et a Santissimo domino nostro
Pio felicis recordationis Papa quarto ordinatam suis cum litteris Dat. Rome quarto idus novembris anni nat. dni Millesimi Quingentesimi sexagesimi Quarti Tenearis etiam sicut Iurasti
statuta et sententias nostras vicariorumque et officialium nrorum atque alia monita salubria humiliter adimplere et dicte vicarie Iura in omnibus et per omnia deffendere atque tueri et residentiam
personalem in dicta eccl.a facere interesseque in dicta eccl.a horis diurnis pariterque nocturnis et eidem in divinis congrue deservire NOS enim dilecto nobis in xpo illi pbro dicte nre dioc. Ilerden.
quem tu super hoc magis duxeris eligendum per pntes dicimus comittimus et mandamus quatenus te vel procuratorem tuum in personam tuam in Corporalem realem et actualem possessionem seu quasi
dicte vicarie Iuriumque et pertinentiarum eiusdem mittat et inducat inductumque deffendat amoto exinde ab eodem quolibet illicito detentore Tibique faciat de universis et singulis Iuribus
ipsius vicarie plenarie et integre responderi Contradictores quoslibet et rebelles si qui sint vel fuerint auctoritate nra per censuram ecclesiasticam firmiter compescendo In Cuius rei
testimonium presentes tibi fieri Iussimus sigillo nro impenden. munitas Dat. Ilerde vigesima tertia die mensis Iunii anno a nat. dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo.

A. A. Ilerden.

De mandato S. Illme et R.me D. expedita per me ffra[ncisc]um [?]
[illegible] [illegible] Ilerde

cxx[illegible]

GOBIERNO DE ARAGON